Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mcl

129

temporis et uidiau sedbit ut auferat potentiam et conterat et dis
perat usq; in finem Regnum autem et potestatem et magitudo regni q est sub
omni celum detur populo sanctorum altissimi cuius regnum regnum
eternum est et omnes reges seruient ei et obedient Hic finis visi
Ego daniel mutati cogitationibus meis conturbabar et facies
mea immutata e in me verbum autem in corde meo conseruau. Hec e vsq;

Visio damdis septima VIII

In anno tertio regni Balthasar Regis
Visio apparuit mi Ego daniel post id quod uidem in prin
cipio vidi in uisione mea ai essem in Susis castro quod e in
helam Ciuitate Vidi autem in uisione esse me super portam Vlai
et leuaui oculos meos et vidi et ecce Aries unus stabat ante
paludem habens cornua excelsa et unum excelsius alto atq;
succrescens Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra oc
cidentem et contra orientem et contra aquilonem et contra meridiem et omnes
bestie non poterant resistere ei nec liberare de manu eius. fecitq; pe
voluntate sua et magificatus est. et ego intelligebam. ecce autem
hircus capriarum veniebat ab occidente super faciem totius terre et
non tangebat terram Porro hircus habebat cornu insigne
inter oculos suos et uenit usq; ad arietem illum cornutum quem vide
ram stantem ante portam et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue
Cumq; appropinquasset iuxta arietem effremuit et irasci
arietem et percussit duo cornua eius et non potuit aries resistere ei
Cumq; eum misisset in terram conculcauit et nemo quibat liberare
arietem de manu eius hircus autem capriarum magnificatus e
nimis. Cumq; creuisset fractum est cornu magnum et orta sunt
cornua quatuor super illud per quatuor ventos celi Ex uno autem eorum
egressum est cornu unum modicum et factum est grande contra meri
diem et contra orientem et contra fortitudinem et magificatum est usq;
ad fortitudinem celi et deiecit de fortitudine et de stellis et conculcauit
eas. et usq; ad principem fortitudinis magificatus est et
ab eo tulit iugem sacrificium et deiecit locum sanctificationis eius Ro
bur autem datum est ei contra iugem sacrificium propter peccata et proiecit
veritatem in terram et fecit et prosperatus est Et audiui unum de
sanctis loquentem et dixit unus sanctus alteri. ne sis au
loquentis Vsq; quo visio et iugem sacrificium et peccatum desolationis